

**Dominum verbum?** Utrovis enim modo verti potest Hebraicā pala.

**Vers. 16. — Viri**, tres illi angeli v. 2.

**Dominus**, medius angelus illustrior, personam Dei representans.

**Vers. 17. — Numquid celare potero?** Hebraicā homecōsse, numquid celabo? amor et familiaritas mea non fert, ut amicum meum Abraham, ita mihi charum, eodem hac secreta mea; præsertim quia scio ipsū intellectu hoc meo decreto de exilio Sodomorum, pro his orataram. Volo ergo hāc revelatione illi dare materiam charitatis et orationis, similius ostendere quantum ipsius preciosus tribuam. Atque ex adverso voluit patetacere, quanta fuerit perversitas et corruptio Sodomorum; utpote in qua deinceps qui dem justi inventi sunt, adeò ut pro iis ultorū rogare ausus non fuerit Abraham.

**Vers. 18. — Cum futurū sit.** Est argumentum a majori, q. d.: Tam insigni tante posteritati et benedictione beneficio decoravi Abramum; ergo per est ut tantillū beneficium, puta revelationem seculi

romustissimam. Hebraicā atsum, id est, osseam, ut verit Aquila, id est, fortem (instar ossis), ut verit Symmach, hoc est, multum, ut vertut Septuag. Fortitudine enim populi maximè consistit in ejus multitudine.

**Vers. 19. — Scio enim.** Haec est secunda ratio movens Deum, ut secreta sua detegat Abraham; quod scilicet per ea, puta per punitionem Sodomorum, vellet Abraham suos posteros erudire, ut ab eorum peccatis avertantur, ne similes puniantur.

**UT FACIUNT JUDICIA ET JUSTITIA**, ut recte et iuste vivant; **judicium** enim significat id quod iudicio Dei et sapientia rectum, justum et sanctum est. Ita Vatablus.

**UT ADDUCAT DOMINUS PROPTER ABRAHAM.** Potest quoque in Hebreo verit, super Abraham. Loquitur hic Deus de se in tertia persona. Sensus enim est: Ut ego impleam ea que Abram promisi, ut scilicet ea exhibeam posteris suis.

**Vers. 20. — CLAMOR SODOMORUM.** Est prosopopœia, q. d.: Peccata Sodomæ ita enorma sunt et impudenteria (hoc enim significat clamor, ait S. August.) ut publice et ubique in omnium ore versentur, adéoque fama (ut vertut Vatabl.) corum in cœlum per angelos sparsa, ad me pervaserit; imo, ipsam eorum peccata, quasi accusatores in cœlum ad me condescenderunt, clamantibus contra tam impios homines, atque vindictam à me extorquent. Descendam ergo cō, ut videam, an hac fama, et hic peccatorum quasi accusatorum clamor, verus sit, an non, ut experientia di sciam. Loquitur et agit hic Deus more nostrorum iudicium, qui cominus de facto inquirent, remque inspicunt, ut dixi; nam Deus ante experientiam omnia novit ab eterno.

**Nota.** Hanc experientiam sumpsit Deus cap. sequenti v. 5, cim se per duos hosce angelos, Sodomitum duorum virorum specie obiecti, qui statim ab eis

ad stiprum appetiti sunt. Nota secundū multa fuisse peccata Sodomæ, sed præcipua fuerunt, otium, gula, superbia, inhospitalitas, crudelitas, Dei contemptus, et ex hisce nata tam portentosa libido, Ezech. 16, 49, ut dixi c. 14, 15.

**Vers. 21. — DESCENDAM, ET VIDERO.** Descendit Deus per duos hosce angelos, Deum pariter representantes; quos tertius puta medius, angelus illustrior, misit in Sodomam.

Ex hoc loco concilium Lateran. 4, c. 8, monet iudices, ne facili accusationibus credant, sed eas lenite et mature instar Dei examineat et inquirent, antequam reum condemnent; nam, ut ait Seneca l. 2 de Irâ: Veritatem dies aperit, potesque pena dilata exigi, exacta revocari non potest. Idem cuique faciendum, ne facile accusatoribus, vel detractoribus credat. Est enim pusilli animi citio irasci, et credere rumoris. C. Scopē enim sinistro rumori malignitas dat int̄itum, credulitas incrementum. Deus, inquit Philo de Confusione linguarum, dicitur ad visendum descendere, qui omnia priusquam fani providerit manifestissimè, ut doceatur, ne quis homo de absentibus, et futuris, et incertis potest se posse conjecturare facere, sed prius maximè propriece debet; vius enim certus, potius quam fallax auditus, testis adhibendus est. Et S. Gregor., lib. 19 Mor., c. 25, expponens illa verba Job cap. 29, v. 16: Et canson quam neciebam diligenter invesigabam, sic ait: Deus cùm omnia illi mala et aperit sibi, mala Sodomorum punivit non audita, sed visa. Hinc S. Chrysostomus commendat prælatis ne aliiquid deficiant propter solos vulgi rumores: Noli, inquit, ex suspicione tuā judicare antequam discas utrum ita se habeat, neque aliquem culpa; sed potius Deum imitare, qui ait Gen. 18: Descendam et video. Notus est Theodosii imp. lapsus in precipitatā sententia et cede Thessalonicensium, cuius enim, monitu S. Ambrosii, postea adeò peneit: et Davidis circa Mphiseoth., 2 Reg. 16, v. 4, collato cum 2 Reg. 19, v. 27.

**Vers. 22. — CONVERTENTURQUE SE.** Ex hoc loco, et ex c. sequenti, v. 1, apparet duos angelos ab Abraham discussisse Sodoman, tertium verò cum eo adhuc manisse. Unde de eo sudxit Moses: Abraham adhuc stabat (in oratione, ut addit Chaldeus) coram Domino; cum enim orat Abraham usque ad finem capit, ut Sodoma parcat; unde finitus oratione et colloquio, tertius ille ab Abraham abiit et disparuit ut patet v. 55.

**Vers. 23. — QUI JUDICAS OMNEM TERRAM,** qui iustissimus es iudex, norma iustitiae, et iudex iudicium terre.

**Vers. 26. — IN MEDIO CIVITATIS,** in ipsa civitate; hoc enim significat hic hebraismus. Per haec civitatem sive metropolim pum Sodoman, totam Pentapolim intellige, unde si Deus in tota Pentapolii decem justos invenisset, toti Pentapolii pepercisset. Ita Albulensis. Unde, ait S. Ambrosius, discimus quantum murus sit patriæ vir justus, quemadmodum non debeamus

invidere virtus sanctis, nec temeriter derogare. Illorum enim fides nos servat, illorum justitia ab excido defendit: Sodoma quoque si habuisset viros decem justos, potuit non perire.

**Vers. 27. — CETERI.** Incipere in Script. sep̄ significat desiderare, optare, gestire, conari, parere, moriri; hoc enim est Hebreum hodi. Unde Hebreia ad verbū habent Capit̄ vel gestio loqui ad Dominum, tametsi sim pulvis et cinis, scilicet vilissimum et abjectissimum. Ita Vatabl. Agnosce ergo, o homo, principes, preseruent coram Deo in oratione, quod sis pulvis et cinis; nosce teipsum. S. August. 15 Civit. c. 8, narrat Alcibiadem summō loeo natum, cim ex sermoni Socratis seipsum agnoscet, nihilque inter se et bajulum quenam interesse, illacrymasset, petuisse que sibi virtutem tradi. Seito, inquit auctor lib. de Spiritu et Anima apud S. August., c. 51, quoniam homo es, cujus conceptio culpa, nasci miseria, vita penita, necesse mori. Attende ergo sollicito, quid agas, vel quid agere debeas. Et S. Bernard. in carni:

Unde superbū homo, cuius concep̄tio, culpa;  
Nasci, pena; labor, vita; necesse, mori?

Praeclar S. Agidius comes S. Francisci: Humilitas, inquit, est instar fulminis, quod ferit quidem, sed nulla post se relinquit vestigia; ita sane humilitas omne peccatum dissipat, et tamen ut homo in oculis suis sit nihil efficit. Hac Abraham Deo charatus et amicus evasit; nam, ut ait S. Ludovicus episcopus Tolosanus. Nil tam gratum Deo, quād si vite merito magni, humilitate simus infusi, cūm tantò quo Deo sit pretiosior, quanto propter eum sibi est vilior.

**Vers. 28. — NON DELEBO PROPTER DECEM.** Hic Deus injecti Abraham timorem et vercundiam, ne ultra progrederetur in suā petitione ad quatuor, qui revera tantum erant in Sodomis, scilicet Lot, ejus uxor, et duo filii, inquit S. Chrys. reliqui enim enses, quasi nocentes ecclesiī igne in Sodomis conflagrarent. Fecit hoc Deus, ne, si Abraham ob quatuor Sodoman parci pateret, idque ipse abureret, Abraham contristaret; devererat enim omnino quatuor has civitates perdere; jam enim completa erat peccatorum Sodoman, immo superciliebus.

Dicere: Cur saltem non permisit Deus Abraham descendere ad octo vel quinque, ut propter octo vel quinque justos peteret pari Pentapolii? Respondet Abulens. qui in Pentapolii facilē erant septem vel octo

#### CAPUT XIX.

t. Veneruntque duo Angeli Sodoman vespere, et sedente Lot in foribus civitatis. Qui cùm vidisset eos, surrexit, et ivit obviā eis; adoravitque pronus in terram.

2. Et dixit: Obsecro, domini, declinatē in domum pueri vestri et manete ibi: lavate pedes vestros, et

justi; si enim in Sodoma erant quatuor justi, in singulis reliquis urbibus facile fuissent inventare unum justum; cimque ea essent quatuor, universim fuissent octo justi in Pentapolii.

Si objicias: Ergone quatuor hi justi cum impio in Pentapolii conflagrarent? Respondet Abulens. minimè, quia ut Lot cum uxore et filiis ex Sodomis, ita reliqui quatuor justi ex suis urbibus, totaque Pentapolii vel monitu angelorum, vel Dei instinctu ante ejus excedim excesserunt. Verum hoc est conjectare et divinare. Cū ergo omnes Pentapolitez, excepto Loti cum suis, et exceptis incolis urbis Segor, celestis igne, quasi subito fulmine sine affliti et consumpti, liquet omnes pariter fusisse impios.

Respondeo ergo Abraham infra decem non descendisse, tum quia dixerat v. preceed. hanc suam petitib⁹ fore ultimam: cim enim toties minuendo descendisset, non anus fuit sapientis descendere, ne Deo esset importunus, illigique fastidium aut iram moveret; tum quia continuo à quadraginta usque ad decem, per dearios petendo descendebat Abraham. Pari ergo modo et congruentia, hic à decem ad unum vel nullum descendere debuisset. Tum denique, quia putabat facilē decem justos in Pentapolii inveniendos esse.

Sed cur Abraham non meminist Loti nepotis sui, cur eum communī clade cripni non postulavit? An ut rem claram id Moyses prætermisit? an quod justum nōrāt, liberandum confidebat?

Moral. docet hic S. Chrysost. hom. 42, quanto in pretio haberet debent iusti, etiam si extorris viles et pauperes: cim propter eos Deus urbibus et provinciis sceleratis parcat; illi enim sunt bases et columnæ regi. Tali fuit David, de quo ait Deus Ezechie: Protagon urbem hanc, et salvabo eam propter me, et propter David seruum meum, 4 Reg. 19, 34. Tali erat Elias, qui melotē tantum habuit, et purpurā vestimenta Achab illius melotē indigebat. Melotus huius cœli clausis, pluviarumque descessum stidit. Et ligna Propheta frumentū fuit cœle; purpurā autem amictus et disdemate circumbat quarens Prophētam. T. Hinc de eo et similibus ait Paulus: Circulare in melotis, in pellibus caprīnis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, Hebr. 11, 37. Ut dubitari non debet ipsorum meritis adhuc stare mundus, aut Rufinus Praefat. in lib. 2 de Vitis Patr.

**Vers. 29. — ANTIQUOZ SOMMUS.** Unus hic angelus, finito colloquio cum Abraham, disparuit, reliqui vero duo perrexerunt in Sodoman, ut patet c. seq. v. 1.

#### CHAPITRE XIX.

4. Sur le soir deux de ces anges qui avaient mangé chez Abraham, vinrent à Sodome sous la figure de deux voyageurs. Ils y arrivèrent lorsque Lot était assis à la porte de la ville, attendant quelqu'un envers qui il pût exercer l'hospitalité. Les ayant donc vus, il se leva, alla au-devant d'eux, et s'abaisse jusqu'en terre pour les saluer avec respect.

2. Puis il leur dit: Venez, je vous prie, mes seigneurs, dans la maison de votre serviteur, et demeurez-y: vous y laverez vos pieds; et demain vous continuerez votre chemin. Ils lui répondirent: Nous n'avons

mane proficisci in viam vestram. Qui dixerunt:  
Minim sed in platea manebimus.

3. Compulit illos oppidū, ut diverterent ad eum : ingressique domus illius fecit convivium, et coxit azygma ; et comederunt.

4. Prīus autem quād irerūt cubitū, viri civitatis vallaverunt domum a puerū usque ad senem, omnis populus simul.

5. Vocaberuntque Loth, et dixerunt ei : ubi sunt viri qui introierunt ad te nocte ? educ illos huc, ut cognoscamus eos.

6. Egressus ad eos Loth, post tergum occludens ostium, ait :

7. Nolite, queso, fratres mei, nolite malum hoc facere.

8. Habeo duas filias, que necūm cognoverunt vi-  
rum : educas eas ad vos, et abutimur eis sicut vobis  
placuerit, dummodū viris istis nihil mal facatis, quia  
ingressi sunt sub umbrā culminis mei.

9. At illi dixerunt : Recede illuc, et rursus : Ingres-  
sus es, inquit, ut advenias ; numquid ut judicias ? te  
ergo ipsum magis quād hos affligimus. Vimque facie-  
rant Loth vehementissimū : jamque prop̄ erant ut effringant foras.

10. Et ecce miserum manum viri, et introduxerunt  
ad se Loth, clauseruntque ostium.

11. Ut eis qui foris erant percutserunt cecidate, à  
minimo usque ad maximum, ita ut ostium invenire  
non possint.

12. Dixerunt autem ad Loth : Habes hic quempiam  
tuorum : generum aut filios ; aut filias, omnes qui tui  
sunt, educ de urbe hac :

13. Delebimus enim locum istum, eō quōd incre-  
vit clamor eorum coram Domino, qui misit nos, ut per-  
damus illos.

14. Egressus itaque Loth locutus est ad generos  
suos qui accepturi erant filias ejus, et dixit : Surgite,  
egredimini de loco isto, quia delebit Dominus civita-  
tem hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui.

15. Cumque esset mane, cogebant eum Angeli, di-  
centes : Surge, tolle uxorem tuam, et duas filias quas  
habes, ne et tu pariter pereras in scelerē civitatis.

16. Dissimilante illo, apprehenderunt manum ejus,  
et manum uxoris, ac duarum filiarum ejus, eō quōd  
parceret Dominus illi.

17. Edukeruntque eum, et posuerunt extra civita-  
tem : ibique locuti sunt ad eum, dicentes : Salva animam  
tuam, noli respicere post tergum, nec stes in omni  
circa regione : sed in monte salvum te fac, ne et tu  
similiter pereras.

18. Dixitque Loth ad eos : Queso, Domine mi,

19. Quia inventi servus tuus gratiam coram te, et  
magnificasti misericordiam tuam, quam fecisti me-  
cum, ut salvares animam meam, ne possum in  
monte salvari, ne fortè apprehendat me malum, et  
morti pereras.

20. Est civitas haec juxta, ad quam possum fugere,  
parva, et salvabor in ea : Numquid non modica est, et  
vivet anima mea ?

point chez vous ; mais nous demeureron dans la rue,  
de peur de vous incommoder.

5. Il les pressa de nouveau avec grande instance,  
et les forcea de venir chez lui. Après qu'ils furent en-  
trés en sa maison, il leur fit un festin ; et il cuire des  
pains sans levain, et ils le mangèrent.

4. Mais avant qu'ils se fissent retrées pour se con-  
cher, la maison fut assiégée par les habitants de cette  
ville ; depuis les enfants jusqu'aux vieillards, tout le  
peuple s'y trouva ; car la corruption était générale.

5. Alors ayant appelé Loth, ils lui dirent : On sont  
ces hommes qui sont entrés ce soir chez vous ? faites-  
les sortir, afin que nous les connaissons.

6. Loth sortit de sa maison, et ayant fermé la porte  
derrière lui, pour empêcher qu'ils n'y entrassent, il  
leur dit :

7. Ne songez point, je vous prie, mes frères, ne soyez  
point à commettre un si grand mal.

8. Et pour les en détourner encore plus efficacement,  
il ajouta pour une charité mal réglée : J'ai deux filles qui  
sont encore vierges ; je vous les amènerai : usez-en  
comme il vous plaira, pourvu que vous ne fassiez point de  
mal à ces hommes-là, parce qu'ils sont entrés dans  
ma maison comme dans un lieu de sûreté.

9. Mais bien loin que cette proposition de Loth tou-  
chât ces infâmes, ils lui répondirent : Redirez-vous  
Et ils ajoutèrent : Vous êtes venu ici comme un étran-  
ger parmi nous : est-ce afin d'être notre juge ? Nous  
vous traîterons donc vous-même encore plus mal  
qu'eux. Et ils se jetterent sur Loth avec grande violence.  
Et comme ils étaient sur le point de rompre les portes de sa maison,

10. Ces deux hommes qui étaient au dedans, sortirent,  
prirent Loth par la main, et l'ayant fait rentrer dans  
sa maison, ils en fermèrent la porte ;

11. Et frapperent d'une espice d'avènement tous  
ceux qui étaient au dehors, depuis le plus petit jusqu'au plus grand, de sorte qu'ils ne purent plus trou-  
ver la porte de la maison.

12. Ils dirent ensuite à Loth : Avez-vous ici quel-  
qu'un de vos proches, un gendre, ou des fils, ou des  
filles ? faites sortir de cette ville tous ceux qui vous  
appartiennent ;

13. Car nous allons détruire ce lieu, parce que la  
cri des abominations de ces peuples s'est élevé de plus  
en plus devant le Seigneur ; et il nous a envoyés pour  
les perdre.

14. Loth étant donc sorti, parla à ceux qu'il avait  
choisis pour être ses gendres, et qui devaient épouser  
ses filles, et il leur dit : Sortez promptement de ce  
lieu, car le Seigneur va détruire cette ville ; mais ils  
s'imagineront qu'il disait cela en se moquant, et ne  
voulorent point sortir.

15. A la pointe du jour les anges pressaient fort  
Loth de sortir, en lui disant : Levez-vous, et emmen-  
ez votre femme et vos deux filles, de peur que vous  
ne périssiez aussi vous-même dans la ruine de cette  
ville.

16. Voyant qu'il différait toujours, ils le prirent par  
la main ; car le Seigneur voulait le sauver : et ils pri-  
rent de même sa femme et ses deux filles.

17. L'ayant ainsi fait sortir de la maison, ils le con-  
duisirent hors de la ville, et ils lui parlèrent de cette  
sorte : Sauvez votre vie, ne regardez point derrière vous,  
et ne vous arrêtez point dans tout le pays d'a-  
lentour, mais sauvez-vous sur la montagne, de peur  
que vous ne périssiez aussi vous-même avec les autres.

18. Loth leur répondit : Seigneur,

19. Puisque votre serviteur a trouvé grâce devant  
vous, et que vous avez signalé envers lui votre grande  
miséricorde, en me sauvant la vie, considérez, je vous  
prie, que je ne puis me sauver sur la montagne, ayant  
peine à marcher, et étant ainsi en danger que le mal-  
heur ne me surrenne auparavant, et que je ne meure.

20. Mais voilà ici près une ville où je puis fuir, elle  
est petite, je puis m'y sauver : vous savez qu'elle n'est  
pas grande, elle me sauvera la vie.

21. Dixitque ad eum : Ecce etiam in hoc suscep-  
tis tuas, ut non subvertam urbem pro quā locu-  
sus es.

22. Festina et salvare ibi, quia non potero facere  
quidquam donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum est  
nomen urbis illius Segor.

23. Sol egressus est super terram, et Loth ingress-  
sus est Segor.

24. Iguit Domini pluia super Sodomiam et Gomor-  
rah sulphur et ignem a Domino de celo.

25. Et subvertit civitates has, et omnem circa re-  
gionem, universos habitatores urbium, et cuncta terra  
virentia.

26. Respicientes uxor ejus post se, versa est in  
statu salis.

27. Abraham autem consurgens mane, ubi steterat  
prius cum Domino,

28. Intuitus est Sodomam et Gomorrah, et univer-  
sam terram regionis illius, videlicet ascendente famili-  
villam de terra quasi fornacis fumum.

29. Cūm enim subverteret Deus civitates regionis  
illius, recordatus Abraham, liberavit Loth de subver-  
sione urbium in quibus habitaverat.

30. Ascenditque Loth de Segor, et mansit in monte,  
dax quoque filia ejus cum eo (timulata enim manere  
in Segor), et mansit in speluncā ipse, et dux filiae  
eius cum eo.

31. Dixitque major ad minorem : Pater noster se-  
nec est, et nullus virorum remansit in terra qui pos-  
sit ingredi ad nos iuxta morem universae terre.

32. Veni, inchiebimus cum vino, dormiamusque cum  
eo, ut servare possimus ex parte nostro semen.

33. Dederunt itaque patri suo bibere vinum nocte  
illa : et ingressa est major, dormivitque cum patre,  
et at ille non sensit, nec quando accubuit filia, nec quando  
surrexit.

34. Altera quoque dixit major ad minorem :  
Ecco dormiri heri cum patre meo, demus ei bibere  
vinum : ingressaque minor filia dormivit cum eo, et  
ne time quidem sensit quando concubuerit, vel quando  
illa surrexit.

35. Dederunt etiam et illa nocte patri suo bibere  
vinum : ingressaque minor filia dormivit cum eo, et  
ne time quidem sensit quando concubuerit, vel quando  
illa surrexit.

36. Concepserunt ergo duas filias Loth de patre suo.

37. Peperitque major filium, et vocavit nomen ejus  
Moab : ipse est pater Moabitarum usque in presentem  
diem.

38. Minor quoque peperit filium, et vocavit nomen  
ejus Ammon, id est, filius populi mei ; ipse est pater  
Ammonitarum usque hodi.

VERS. 1. — VENERUNQUE DUO ANGELI. Duo, scilicet  
nente cap. preced. v. 22. Symbolic. angelis unus ē  
tribus, representans Deum Patrem, manserat cum

Abraham, ut ejus domum benedicaret, cuncte patrem efficeret ad generandum Isaac: unde videtur hic angelus fuisse medius et primarius inter tres, puta Michael, qui duos socios Gabriclem et Raphaeliem misit ad exciscandam Sodomiam; Gabriel enim iuxta etymon summ est fortitudo Dei, puta fortis executor divinitatis, hicque representat secundum in Trinitatem personam, puta Filium, quia ejus incarnationem annuntiavit B. Virginis, Luce 1. Incarnationem enim fuit opus summe Dei fortitudinis et potentiae. Raphael vero videtur esse angelus præses castitatis, et ultor incestus; unde Tobiam castè tutatus est ab Asmodeo, qui septem incestos Saræ sponsos occidat, Tob. 7 et 8. Quare Raphael missus est Sodomam, ut incestos Sodomitas perderet. Ille represtatibat Spiritum S. qui est tutor et vindicis sanctitatis, id est, puritatis et castitatis, summissus osor impuritatis ac libidinis. Quare per hos duos angelos significatur Filius et Spiritus S. excidens Sodomam; nam, ut ait Procopius: *Pater non judicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio; Filio autem naturaliter adest et iacet Spiritus S.* Addunt nonnulli Filio additum Spiritum S. quia Deus Pater judicium et vindictam bonitatem et clementiam, que appropriat Spiritui S., temperat et mitigat. q. d.: *Mitte Filium, ut vos iudicet et perdat, sed addo ei Spiritum S. qui vos invitet ad penitentiam, quam si capessatis, veniamque flagiteis.* Spiritus S. iudicium et vindictam Filii sistet et inhibebit, ac inducet vobis largitorem.

VESPERE. Ejusdem diei, quo cum Abrahamo pranderant, c. preced. v. 1, 2 et sequent.

Symbolic, justi, ut Abraham, angeli lucem; impis, ut Sodomitis, tenebras adiunctum. Ita S. Ambros. lib. 2 de Abraham, cap. 6. Secundò, vesper hic portendit asternam noctem Sodomitis imminentem. Ita S. Gregor. lib. 2 Mor., cap. 2.

SEDENT LOTH. Putant Iudei quod LOTH sederet hic quasi prius iudex inter alios iudices, qui tunc temporis celebant in portis civitatum, ut patet Deuteronom. 21 et 22. Verum hoc falsum esse patet ex versu 9. Dico ergo cum Abulensi, LOTH habitans olim in domo ABRAHAE, ibi didicit hospitalitatem; cum ergo hic more suo exercet, dum sedet in portâ civitatis, ut hospites colligat, ne à Sodomitis vim et stuprum patientur, quale dubius angelus intentarunt v. 5. Putabat LOTH, sequit uero Abraham, eos esse homines, non angelos, Hebr. 15, v. 2.

ADORANTIQUE EOS. Nota LOTH, in hospitalitate, humilitate; adoravit enim hos peregrinos, nesciens esse angelos. Nam decor et splendor vultus indicabat eos esse viros graves, vel prophetas à Deo missos. Ita S. August. q. 41. Rursum se vocat eorum puerum, id est, servum, ut habent Hebrei.

VERS. 2. — MINIME. Invitati à LOTH angelii primo honestas causâ recusant, mox dum urgenter acquirent. Fallitur ergo Cassianus collat. 17, c. 25, qui putat angelos hic mutasse sententiam.

VERS. 3. — COMPULITILLIS OPPIDO, INVITAVIT ET URST eos mirum in modum.

AYMA. Panes sine fermentatione subito coxit in clibanio, vel sartagine, quales coxerat Abraham. Ayma enim idem sunt cum panibus subinceniticiis. Vide dicta cap. 18, v. 6.

VERS. 4. — OMNIS POPULES SINUT, etiam ab extremis urbium partibus, ut habeant Hebrei; idque vel ad patrandum, vel ad intundendum nefas. Notat hoc Moses, ut patet non fuisse decem justos in Sodomis, sed omnes, prater LOTH cum suis fuisse impios et nefandos Sodomitas. Ita Burgens, Cajet, Pererius.

VERS. 5. — UT COGNOSCAMUS, ut turpiter eis abutamus. Hoc est seclus Sodomiticum, de cuius enormitate vide Hamerum hic, et Hieron. Magnum integro volume de hæc re edito.

VERS. 8. — ABUTIMINI ILLIS. Aliqui excusant hoc dictum et factum LOTH, quasi senserit (quod sensit Dom. Soto lib. 4 de Justitia, q. 7, a. 5, et plures alii Theologi), atque satis insinuat D. Thom. q. 1 de malo a. 5, ad 14, et S. Ambros. lib. 1 de Abraham c. 8): licet volenti facere magis flagitium sudore minus; sic enim volenti committere sodomitam aut stuprum, licet sudore ut eam potius ad metricon in lupanari expositas; et latroni volenti occidere viatorum, licet sudore ut potius eum spoliat. Pari ergo modo LOTH molientibus sodomitam sicut potius sudore fornicationem. Unde Gabriel Vasquez 22, q. 45, de scandalo, dubio 1, ex hoc facto docet, licet esse volenti omnino facere magis malum, sudore minus, etiam si ipse de eo nihil cogitaret. Sicut enim LOTH voluntatis committere sodomitam, propositus et suscit stuprum filiarum, de quo ipsi non cogitabant. Adde, LOTH non suadere, sed tantum offerre filias sibi per omnia obedientes, ad stuprum, ut majorem vexationem et injuriam tantorum virorum redimat.

VERS. 9. — DEO PECCASSE LOTH, qui filiarum suarum famæ et pudicitie, ac consentiendo in actum venerum periculum, magis consulere et prospicere (ut pote pater) debuit, quam hospitum exterorum; esto, ii viri sancti et prophete essent. Secundò, LOTH non erat dominus suarum filiarum, ac consequenter non erat dominus corporum et pudicitie earundem; ergo non potuit eas, maxime non conscientes, offerre stupro. Non enim tenebantur, inquit non poterant, illas in hæc oblatione obedire patri; et planè verisimile est eas hæc in re nonnusse obedire patri: que enim virgo honesta tale stuprum sum potius, quam alterius cuiuslibet non perhorrescat? Tertiò, Sodomite non cogitabant de filiis LOTH vitiando; ergo inquit eas illis tan impuris ipse propositus et objectis, ut liberaret suos hospites. Non enim licet impidere damnum Petri cum danno Pauli, dicendo latroni volenti spoliare Petrum: Spolia Paulum, de quo latro non cogitat, ut docet doct. noster Lessius lib. 2 de Justitia, cap. 15, dub. 5, n. 19.

Videtur tamen inconsideratio et perturbatione LOTH in re tam ancipi, multum de peccati gravitate minuisse: aneps enim erat LOTH et inops consilii in re tam implexa; volebat enim omni modo hospitalum talium, tamque venerandorum indemniti, honori et pudicitie.

tie consulere, nec aliis ei hunc modus occurrit, quā si pro eis filias suas offerret; quem statim amplexis est, non cogitans, nec advertens se hæc ratione injuriam facere filiarum suis. Ita S. August. lib. contramondæ, cap. 9, Lyranus, Thomas Anglicus, Tostatus, Lipoman, Perer. Addit. Cajet. Loth obtulisse filias, anima non redimendi flagitium flagitio, sed placandi hyperbolica submissione furentem populam, putabat enim, et rationaliter (uti re probavit evenit), quod populus non acceptaret talen oblationem; sed quod placatus tantæ submissione ipsius Loth desisteret a corpore; et co rationibus, quod filii eius jam erant desponsate civibus Sodomæ. Sicut vir aliquis placatus alium, quem injuria lassessivit, ei pugnione nudum offert diciendo: Occide me; non animo ut interfici, sed ut tantæ submissione placetur lassus. Per exaggerationem ergo haec dixit Loth, perinde ac David dixit ad Jonathan, 1 Reg. 20, v. 8: *Si est iniurias in me, tu me interfice, et ad patrem tuum ne introducas me.* Et Judas Genes. 42, dixit patri suo Jacob: *Duos filios meos interfice, si non reduxero Iacobum.*

Moral. S. Chrysostom. hom. 43, stupet charitatem Loth erga hospites et exteriores, quorum integratam filiarum suarum pudori anteponit. « Nos autem, inquit, sepius fratres nostros in ipsum impietatis profundum, et quasi in fanges diaboli cadere, et neque sermones eos dignauerit, neque consulere, neque verbis admonere, et eripere à malitia, et ad virtutem manuducere. Quid enim, inquis, mihi cum eo communis? nihil non est curse, nihil mihi negotio commune cum eo. Quid dicas, homo? nihil tibi commune cum eo? Frater tuus est, ejusdem tecum natura; sed colum estis domino, sepe etiam ejusdem participes mense spiritualis, etc.

SUB UMBRA CULMIS MEL. Hebrei, sub umbrâ tabulati vel contingit, id est, tecti et domus mee. Tectum enim eos qui in domo sunt, instar umbrae obumbrat et protegit ab astu, aliquis aeris injuriis.

Rursum peregrini sunt sub umbrâ, id est, protectione et curâ hospitum sui, cujus est providere, ne que illis injuria in domo sua inferatur, et hoc propter intendit LOTH.

VERS. 9. — RECEDE ILLEG, facies hinc.

INGRESSUS EST UT ADVENA, NUMQUID UT JUDICES? Hebrei est, unus ille venit ad peregrinandum (ut instar peregrini inter nos degat) et ille iudicando nos iudicari. quis dicant: Venit ille peregrinus ut sit iudex noster, ut nos iudicet? Unde 70 vertunt: *Ingressus es habitate, non etiam iudicium iudicare.*

VIMQUE FABECIT LOTH. Pari eum protrudentes et abriperi conantes, per effringentes ostium, à LOTH egrediente ad eos post se clausum, v. 6.

VERS. 10. — INTRODUXERUNT AD SE LOTH, CLAUSURANTE OSTIUM. Due angeli ostium à LOTH clausum aperuerunt, ut cum à violentia Sodomitarum eruptum in domum introducerent, eoque introduco rursus ostium clausurunt, ne Sodomite pariteringredierentur.

VERS. 11. — PERCUSSERUNT CECITATE. Septuaginta,

*aperte;* id est, avidentia, quia cetera videntes, ostium tantum Loth, quod quererant, videre non poterunt, Ita Joseph., S. Ambrosius, Chrysostom, et August. quest. 43. Unde Vatablus vertit, *perstrinxerunt illis oculos, ut hallucinarentur, nec satigati quidem inventire ostium.* Si enim, ait S. August., oculi eaci fuissent, non ostium Loth, sed duces, qui eos domum reducent, quiescissent.

Nota. Id factum est hæc ratione, quid Deus eis aliam speciem objecterit, ut loco ostii viderent, verbi gratia, solidum parietem, aut quid alio; id autem fecit uno horum quatuor modorum, puta immunitando vel speciem objecti, vel aeren medium, vel potentiam visivam, vel sensum communem, ad quæ omnes visiones et sensations deferruntur. Simili modo Syri, 4 Reg. 6, Elizenum querentes et videntes, non viderunt, nec agnoverunt esse Elizenum. Sic Christus post resurrectionem duobus discipulis per eum peregrinus; Magdalene vero tanquam hortulanus apparuit.

Simili fuit illustris miraculum Gregorii Thaumaturgi, qui cum diaconi persecutores fugientes in montem, cùm à quodam proditus esset, persecutores montem undique cœserunt, et perseruati sunt, nee tamquam eum viderunt. Redentes ergo ad proditorum cum increpauerunt; ille eum tali loco fuisse certò asseveravit; ipsi vero in loco ab eo designato, non duos homines, sed duas arbores invenisse se assererunt. Illis digressis, proditor ad locum ascendit, viditque Gregorium cum diacono manibus in eccliam elatis orantem, qui persequentes due arbores fuisse videbantur; quare ad pedes ejus accidens conversus ad Christum, ex persecutor cum eo factus est profugus. Ita Nysesimus in ejus vita.

Tropolog. S. Ambros. *Hinc, sit, ostenditur, quia cœca est omnis libido, et quod est ante se, non videt.*

ITA UT OSTIUM INVENTIRE NON POSSENT. Hebrei est, *vñl. lntm hppatcl.*, et laboraverunt sive fatigati sunt querendo ostium; sed frustra, quia illud omni sunt conatu invenire non poterunt. Addit. S. Chrysostom, ex Hebreo illi, id est, *fatigati sunt, Sodomites luxata fuisse membra, ut vira eis motus membrorum deficerent, Idque factum esse à Deo hoc fine, ut significaret eos, mente et vitiis eascos et enerves esse, quodlibet libido mentem maximè excaecet, canque aquæ ac corpus enervet.*

Ostium. Putant Ribera in c. 1 Sophon. 11, 81, Delrio, et alii, Mosen loqui de ostio domus, tam Loth, quā cujusque Sodomitæ; quasi quisque suum dominum regressus, illam invenire et ingredi non poterit. Id enim videtur asserere Sapiens Sap. 19, 16; dignum enim erat, ut qui alienas forces voleant effingere, suas non invenirent. Verum melius S. Ambros., Chrysost., August. et Pererius censem, Mosen tantum loqui hic de ostio solius Loth, quod Sodomites conabantur effingere, sed excitate percussi, omni sunt conatu invenire non poterunt. Illud enim exiguitus planus Script. maximè hebreice contextus, et series historia. Sapiens autem Sap. 19, 16, loquitur de *Egyptis*, non de Sodomis: *tantum enim Egyptios*

comparat Sodomitis in eo quod utrique percussi sint cecidate, quodque uti Sodome ostium Loth quod querebant, ita Aegypti suum quisque ostium quod quererent, in triduanis Aegypti tenebris, invenire non potuerint.

Tropolog. Gregorius lib. 6 Moral., c. 16: « Quid est quod malis adversantibus intra domum Loth reducitur et munitur, nisi quod justus quisque dum præ vorum insidias sustinet, ad mentem revertitur, et imperterritus manet? Sodomite autem viri in domo Loth ostium invenire nequeunt, quia corruptores cœmentum, contra vitam justi nullum accusacionis aditum reprehendunt. Peruersi enim cœcitate quasi domum circumneant, quia invidentes dicta factaque perseruantur; sed quia eis de vita justi, fortis undique ac laudabilis actio olviant, errantes nihil aliud quam parietem palpant. Benè ergo dicitur: *Quasi in nocte, sic palpabam in meridie*, quia dum bonum quod vident accusare nequeunt exeat malitia, malum quod non vident ad accusationem querunt. »

VERS. 12. — DIXERUNT: duo illi viri, ut habent Hebrewa, pata duo angeli.

VERS. 14. — QUASI LUDENS LOQUI, ludere et jocari, aut delirare, et ludicra, non seria loqui.

VERS. 15. — TOLLE UXOREM TUAM ET DUAS FILIAS. Hi ergo quatuor, puta Loth, uxori, et duas filas creditur angelis, egressice sunt Sodomis et salvati; generi vero, famili et ancille Loth non crediderunt, sed manentes in Sodomâ cum aliis combusi sunt.

VERS. 16. — DISMISSANT ILLO. Hebraicæ *vaitimana*, id est, cùm mons neceret sive ut generis sui persuaderet dicessum, ut vult S. Ambros., sive ut domum et suppellecitem suam incendi eriperet, ut vult Rupertus, sive orans Deum ut urbi parceret, ut vult Abulens. Ecce amoenitas et opes Pentapolis invitarunt Loth sed; eadem ipsum jam detinet, et penè perdunt. Disce contempnere terrena et amena.

VERS. 17. — SALVA ANIMAM, vitam tuam hoc incendio eripe; domum, supellecitem, et cetera omnia neglige, ne, si moreris, et ea tecum salvare velis, cum iis pereras et conflagres. Simili modo, Gothico Romæ excidio, anno Domini 410, ut Deo eruptus est S. Innocentius pontifex, ob vite innocentiam et sanctitudinem, quâ et S. Chrysostomus defendit, idèque Arcadium imper. et Eudoxiam, qui eum in exilium egerant, excommunicavit; ac Pelagi subsecutus heresim damnavit; eoque nomine dilatatur à S. Hieron. ad Detinriadem, et sepius à S. Augustino disputante contra Pelagianos. De quo ita scribit Paulus Orosius illi coevis lib. 7 Histor. cap. 39: « Adest Alaricus, trepidam Romanum obsidet, turbat, irrumpt, etc. Accedit quoque, quô magis illa urbis irruptio indignatione Dei acta, quâ hostis fortitudine probaretur, ut S. Innocentius Rom. Ecclesiæ episcopus, tanquam justus Loth trahactus à Sodomis, occulit providentia Dei apud Ravennam tune positus, pectoratoris populi non videtur excidium. »

NOLI, tu cum tuis; nam non soli Loth, sed et uxori, et filiabus hoc præceptum datur: idèq; enim uxor Loth conversa est in statuam salis, quia contra hoc præceptum retrò respexit. Ita Abulens.

NOLI RESPICERE. Vatablus putat esse adagium, q. d.: Ne te incepit poneat. Sic enim Luca 9, dicitur: *Nemo mittens manum ad aratum, et respiciens retrò, aptus est regno Dei*. Sed dico haec verba non adagialiter, sed propriè esse accipienda: id patet ex eo quod uxor Loth punita est, quia retrò respexit; non autem quia eam coepit itineris penituit.

Quares, cum Deus tam rigide vetuit Loth cum suis, in retrò respicerent? — Resp. primò, ad excedendam obedientiam Loth, sic enim Deus exercuit obedientiam Ade, vetans ponum in paradise. Secundo, ad sceleratus genit's detestacionem, utpote quam Deus à suis respecti nollet; noblet enim Deus ut Loth Sodomis perentibus condoletur; sed volebat omnem compassionem, cogitationem et memoriam impissorum hominum ex animis suorum delere; inquit volebat, ut suâ domo et bonis perentibus cum impio non dolerent. Stauerat enim totam urbem ob imploratum facere anathema ignis et incendiū divini. Sic Christus Iussit Apostolis excutere pulverem de pedibus in eos qui Evangelium aversarentur, ut hoc signo protestarentur se cum tam impio hominibus nihil, pulvrem quidem velle habere commune. Tertiò, quia volebat Deus Loth citissime fugere, et salvare se, instabat enim incendium. Rursum volebat Deus docere Loth noscere omnes debere curiositatem nostram mortificare, at Philo Cyprian in Catena. Quartò, quia noblet Deus Loth aliquip penitentia signum dare, quale est retrò respicere; idque ut hoc exemplo tropologie doceret Christianos omnes, presertim salutis sue et perfectionis studiosos, que retrò sunt obliviisi, ad anteriora semper contendere, et in verticem montis, id est, culmen evangelicas perfectionis condescendere. Ita S. August. 16. Civit. 50.

In MONTE SALVUM TE FAC. In monte, scilicet, qui imminet urbi Segor; hinc enim profugit Loth v. 50.

Tropolog. S. Gregorius p. 5 Pastor. admon. 28: Ardentem, inquit, Sodomam fugere, est illicita carnis incendia declinare. Altitudi vero montium est munditia continentum. In monte enim stare, est carni non carnaliter adhucere. Sed qui ad montana scandere non possunt, salvantur in Segor, quia conjugalis vita nec à mundo longe divisa est, nec tamen à gaudio salutis aliena.

Arsenius præceptor Arcadii imp. fugiens in eremum, quâdum vice descendit ad flumen. Erat ibi pueri Aethiopissa, que tetigit melotem eius; ille autem increpavit eam. Illi vero dixit: Si monachus es, vade in montem. Compunctus in hoc verbo senex, diebat ad seipsum: Arseni, si monachus es, vade in montem. Illi vero assidue sibi diebat: Arseni, propter quid existi? Ita vixit in eremo 55 annos, mortuus est anno attatis 95.

VERS. 18. — QUESO, DOMINE. Duo erant angeli, sed unus Loth et uxorem manu duebat; hunc compellat hic Loth dicens, Domine. Alter eum cequens inter filias duas medius, eas pariter duebat.

pepercera ei Dominus, v. 21; itaque sola haec servata est. Ita S. Hieron., Joseph., Bocharodus et alii.

Dices : Sap. 10, v. 6, dicitur ignis descendisse in Pentapolim; ergo etiam in Segor. — Resp. in *Pentapolim*, id est, in regionem illam que à quinque urbibus dicta est Pentapolis, descendit ignis, et exsustit omnia, præter Segor. De Segor ex S. Hier., Bredenbachio, Boccardo, Guillermo Tyrio, et alii itscribit Adriochomus: Segor urbs parvula, prius Bala, sive Bale, vel *Bela dicta, hebraicæ Salissa, latinæ titulus conterraneus* (ritus aliqui legunt conterraneus) vocabatur, quid scilicet terræ motu tertio absorpta (quod significat hebraicæ Bala sit) et prostrata. *Syriacæ Zoor, Zoara, et Scora* dicitur, nunc *Balezon* vocatur. *Sola haec ex quinque Pentapolis* urbibus, precibus *Loth* ex incendio seruata est. Apud eam *gigantus balsanum*, et *poma palmariæ antiques ubertas* indicia. Tempore S. Hieron. Palmerina dicebatur, de Jericho distat quinque leucas, posita sub monte Engaddi.

VERS. 21. — SUSCEPI PRECES TUAS, suscipi et exaudiui te, tuas preces et vota. Sepinque, virtutem *modicam* sit haec urbs Segor, modicos habet cives, et modicè peccavit; da ergo mihi media ebus criminis, ut eam modicanus mihi quasi refugium et asylum serveas.

VERS. 22. — DONEC INGREDIAS ILLUC. *Illi*, id est, in urbem, sed in territorium Segor. Nam dūm Loth versaretur inter Segor et Sodomam, iam Sodoma conflagrabit. Inter Segor enim et Sodoma uox Loth: respiciens hoc incendium, versa est in statuam salis quis etiam non extat. Ita Abulensis., Adriochom., Boccardus et alii.

Pulchr' urgat haec Dei verba: Non potero facere quidquam, donec ingrediaris illuc, noster Prado in e. 9 Ezech. v. 6: O, inquit, *divine bonitatis pelagus!* nonne satis erat fidem astrinxisse sum, Dei angelus erupturnum Lotum de Sodoma incendio? quorsum tanta cautatio! Videbat accepatur angelus à Deo mandatum non modo salvandi Loth, sed etiam ipsius sospitem incolumem, tatum et securum conservandi. Non potero, inquit, facere quidquam; at pleota sunt sceleris impudentiam. Non potero facere quidquam; at claustram in colum. Non potero facero quidquam; at venienti executors sententiam absque venit. Non potero facere quidquam, quousque sis in montem recipiat Loth. Quorsum tam insolita providentia! quod nepotem Abrahami seruit Dei nec tangat nec olficiat ignis, neque occupat, neque vero scilicet perennius calamitas. Quam merito David canebat: Qui habitat in adjutorio (in tutela, latibulo), Altissimi, in protectione (in umbra) Dei celi com morabitur! Dicit Domino, Susceptor meus (asylum meum, et arx mea) es tu.

ICHIRO VOCATUM EST NOMEN URBS ILLIUS SEGOR. Quixi Bala dicebatur, jam vocata est Segor, id est, zoara, quia Loth eam quasi parvam, ne cremaretur, xviii. v. 20. Quatuor ergo urbes Pentapolis, puta Sodoma, Gomorrah, Adama et Sebom, hoc igne coelesti conflagraverunt: quinta Segor communis aliarum incendio destinata, precibus Loth servata est.

Putat Theodoret, Procopius, Suidas et Lyran. Segor quoque, posteaquam ex eā egressus Loth, profudit in montem, esse vastatam, et hiata terra absorptam. Sed contrarium est verius; jam enim precibus Loth

pepercera ei Dominus, v. 21; itaque sola haec servata est. Ita S. Hieron., Joseph., Bocharodus et alii.

Dices : Sap. 10, v. 6, dicitur ignis descendisse in Pentapolim; ergo etiam in Segor. — Resp. in *Pentapolim*, id est, in regionem illam que à quinque urbibus dicta est Pentapolis, descendit ignis, et exsustit omnia, præter Segor. De Segor ex S. Hier., Bredenbachio, Boc-

